



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Agni cerei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Agni cerei.

- 1 Neminio vel auro inficiantur, sed albi deferantur Greg. xiiij. c. 1572.
- 2 Pœna imposita est excommunicationis ipso facto, non tamen est reservata Papa. *ibid.*
- 3 Neque venales proponantur sub eadem pœna. *ibid.*
- 4 Domi recondantur decenti loculo; à collo pendentes theca decenti includantur. Prou. 5.
- 5 Neque laici eos tangent, neque forcipe, neque chirotecis, sed Clerici in sacris. *ibid.*
- 6 Unde non placet Sanch. *summ. mor. l. 2. c. 43. numero 27.* qui eos tangi à sœminis concedit.
- 7 Non gestentur in anulis, neque suspendantur è ramis arborum, neque projiciantur in agrum, sed eorum cera adoleatur ad suffumigationem contra tempestates. Prou. 5.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum.

- 1 Dvo copulatiuè requiruntur, causa iusta in casu licito, & solemnitas legitima. Paul. II. in Bulla 1468.
- 2 Cause iuste sunt quatuor, necessitas, utilitas, incommoditas, pietas. Quar. v. alienatio. nu. 3. & ibi fusius, & optime.
- 3 Solemnitas legitima non est, inconsulto Papa. Paul. II. *supra.*
- 4 Assensu Apostolico præcedat contractum, & multo magis, traditionem rei. Quar. loco cit. n. 8. 9.
- 5 Prohibentur locationes, & conductiones ultra triennium. Paul. *supra.*
- 6 Item emphyteuses, quæ non sunt à iure permissæ, neque de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, neq; cum euidenti Ecclesiæ utilitate. Idem. *ibid.*
- 7 Item omne pactum, per quod dominium transfertur, concessio, hypotheca, in feudatio. Idem *ibid.*
- 8 Prohibita censetur permutatio etiam inter Ecclesiasticos. Barbof. de pot. Ep. ab. legat. 95. n. 57.
- 9 Prohibetur transactio, & compromissum de re Ecclesiæ incorporata. Quar. loco cit. n. 20.
- 10 Prohibetur impositio seruitutis, cessio

in iurium, actionum, litis, & causæ. Idem loco cit. n. 21. 22.

- 11 Item alienatio mobilium prætorum, Idem n. 24.
- 12 Neque possunt pignori. Idem *ibid.* nu. 27.
- 13 Conceditur alienatio fructuum, & bonorum, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis existentia. Paul. *supra.*
- 14 Non prohibetur locatio ultra triennium, si adest consuetudo. Paris. conf. 98. lib. 4.
- 15 Non prohibentur bona confraternitatum, & locorum piorum sine Episcopi auctoritate fundatorum Barbof. allegat. 75. nu. 32. & Quar. nu. 28.
- 16 Non valet conditio dantis, ut alienari possit res data sine solemnitatibus. Quar. nu. 31.
- 17 Bona relicta Ecclesiæ incapaci, alienari possunt sine solemnitatibus. Idem nu. 32.
- 18 Arbores, solo coherentis prohibentur alienari. Idem n. 33.
- 19 De re nondum incorporata transactio fieri potest sine solemnitate. Barbof. alleg. 95. nu. 63. Quar. nu. 43.
- 20 Potest etiam repudiari legatum, vel hæreditas nondum incorporata Ecclesiæ. Barbof. nu. 52. Negant alij. *ibid.* nu. 54. & apud Quar. loco citato numero 23.
- 21 Duæ concessiones in emphyteusim sufficient, ut dicatur solitum concedi Quar. nu. 40.
- 22 Cap. Terrulas, non fuit derogatum à Paul. II. neque à Tridentino. decisum refert à Sac. Congregat. Quar. nu. 41.
- 23 Sed tria concurrant, rei exiguitas, inutilitas Ecclesiæ, & necessitas alienationis. *ibid.*
- 24 Explicatur cap. Terrulas, de valore scutorum 25. auri à Congregat. Episcop. 22. May 1601.
- 25 Summa necessitas, & celeritas negotij, quod non possit adiri Papa; potest excusare à solemnitatibus. Idem Quar. nu. 42.
- 26 Remissio caducitatis potest fieri à solo Prælato, seu rectore. Idem n. 44.
- 27 Pœna à Paulo II. sunt nullitas contractus, excommunicatio tam contra alienantes, quam recipientes; interdictus ingressus Ecclesiæ ipso iure quoad Pontifices, & Abbates, & post sex menses suspensio eo ipso à regimine; & priuatio,